Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Februarius

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

M · D · LXVI

FEBRVARIVS.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus &c.

731° Augerio à Busbekh

Magnifice fidelis nobis dilecte. Tuum ex Hispanijs ad Nos reuertendi institutum ex lris quas 12 Decembris ad Nos dederas perbenigne accepimus. Etsi aut tua Nobis fides studium et opera, quam in Char.mor filior nostrorum Rodolphi et Ernesti Austriæ Archiducum &c. ministerio peroptatam impendis ita Nobis penitus satisfacit, vt ea hoc psertim tempore incommode admodum isthic careamus; Quia tamen tanti momenti causæ sunt, quæ te ad profectionem istam suscipiendam ut scribis permoueant, atq; urgeant, Nos sane qui et fortunis tuis et felicitati tuæ cuicunq; consultum clementer cupiamus, ut nunc quidem bona pace nra et uenia isthinc discedere possis, benigne concedimus. De cætero etiam benignitate in te nra propensissimi. Datæ Augustæ 7ma die Februarij Anno 66.

732° Maximilianus &c.

Ladislao Keretschini

Quæ

Quæ tua sit sententia de Turca illo captiuo, cuius dimissione Egregius Capitaneus nr̃ fidelis dilectus Christophorus à Laubenberg liberari posset, eiusdem Christophori cognatis clementer significauimus, qui, vt declarant Turcam p̃dictum tanta pecuniæ summa redimere non statuerunt, quod ut scires, hisce tibi exponendum benignè duximus, nr̃a tibi benignitate planè propensi. Datum Augustæ VIII.a Februarij Anno &c. M.D.LXVI.

7330 Lræ passus pro „Joanne" le Cocq. Musico Cæsareo.

Idem pro Egidio de Monte.
Jacobo Steper.
Guilielmo Coincto
Nicoloa Mateghyo vxorato
} Oēs Cantores Cæs.i

MAXIMILIANVS &c. Vniversis et singulis &c. Cum f. n. d. N. et N. Joannes Le Cocq, p̃sbiter Odomarensis diocæsis, qui in Sacello nr̃o, Musici Bassistæ ministerium annos amplius quatuor fideliter inprimis et obsequenter egit, nunc uero, quòd maior nobis esset Musicorum in Sacello nr̃o frequẽtia, quam usus noster exigat, à Nobis clementer et

benigne

benigne dimissus patriam Inferiorem scilicet Germaniam repetat, rebus suis comodius consuliturus, equidem eius sui fidi ministerij hactenus nobis prestiti has illi literas testes esse benigne voluimus. Petentes insuper à Vris Dilectis et Deuotis beneuolenter admodum, benigne item vos cohortantes, vt eum hoc noie ad vos uenientem, commendatum vobis esse velitis, simul et quacunque per Vrarum Dilectionum Deuotionum, uel quarum vobis demandata est administratio, prouincias iter facientem, liberum passim et ab omni vectigalis gnre immunem progredi benigne et beneuolenter patiamini. Acturae Vrae quidem Dilectiones et Deuotiones

Datum Augustae die 14 Februarij Anno 1571.

7340

Summo Pontifici

Beatissime in Chro Pater &c. Facit per benigna voluntas et animi propensio, qua in Magcum Syncere Nobis dilectum Polydorum Castilli Comitem iampridem

dem ferimur, eius cùm virtute spectatissima, tum etiã fideliter conseruata, quod à maioribus suis acceperat, erga Nos et inclytam nrãm Domum Austriacam obsequendi et inseruiendi studio ardentissimo meritò permoti, vt eum quacunq; in re nrã illi benignitas comõdo et honori esse pt, adiutum Clementer cupiamus. Quod igitur à Vrã Sta Magcus f. n. d. Consiliarius et Orator isthic noster Prosper Comes ab Archo ꝑ in illius fauorem nro iussu et nomine petiturus est, id impetratum ipsi ab eadem Vrã Sta tanto desideramus beneuolentiùs, quanto exoptatius illi futurum animaduertimus. Est aũt hoc solum, vt ei V. Stis consensu et authoritate Magcũ item fidelem nobis dilectum, filium suum Joannem Paulum de Castillo Illus Florentiæ Principis ꝑ sororij nri charmi Camerarium sibi in Comitatu Capraræ successorem denominare liceat. Petimus proinde etiamnum beneuolenter admodum, vt Vrã Stas ipsi hac in re benigne declaret nostræ huius intercessionis non exiguam à se habitam fuisse rationem. Id quod Nos

quidem uere

quidem verè paterni erga Nos amoris officij à Vrā S.te ac:
cepti loco semper ducentes filialis erga Vrām S.tem obser:
uantiæ et obsequij cultu demereri libenter curabimus. Quā
Vrām Sanctam Datæ Augustæ XV Februarij A.o LXVI.

735

Literæ passus pro Bartholomeo Reckhen

MAXIMILIANVS &c Vniuersis et singulis
Bartholomeo Recken fideli nobis dilecto Ser.mæ Rom. Im:
peratricis Conuigis nrā char.mæ subtapetiario, ut profe:
ctionem suam, quam in Italiam hoc tempore suscepit, libe:
rius et securius perficeret, nras patentes suppliciter expe:
tenti. Clementia nra libenter adsumus. A Vris igitur
Dilig.bus Deuotio.bus Datæ Augustæ XVI Februarij
Anno M.D.LXVI.

Maximilianus &c.

7350

Ad Marchionem Massæ Francissum Estensem
Comendatitiæ pro Joan: Ant.o Bagazza ut eidem ob deli:
ctum non adeo graue, relegato, redeundi licentiā cōcedat.

Illus fidelis Nobis dilecte. Accepimus nonnullorum fidedi:

gna

gna significatione, Joannem Antonium Bagazzam de Massa, delicti cuiusdam non adeousq; enormis causa, è Tuæ Dil.mis Jurisdictione esse relegatum. Rogati proinde suppliciter, ut ei apud eandem Tuam Dil.nem ad suos penates libere tandem reuertendi licentiam nostra commendatione impetraremus; equidem pro nr̃a in eos, à quibus ille nobis commendatur, singulari benignitate, à T. Dil.na beneuolenter petimus, vt eam ipsam gratiam idem Joan.es Antonius Bagazza, uel propter nr̃am hanc intercessionem ab ipsa T. Dil.na facilius consequi mereatur, gratum in eo Tuæ Dil.mis erga Nos studij et amoris officium accepturi, ac proinde mutua beneuolentia, qua in ip̃a alioquin non exigua ferimur libenter cum res feret, pensaturi. Datæ Augustæ XIX Februarij Anno 66.

Maximilianus &c.

737°

Duci Ferrariæ.

Illus Princeps Sororie et consanguinee charissime. Expetit à Nobis supplex Christophorus Azzale ut in consequendo à Tua Dil.na priuilegio, quo ipsi consuetũ

datium

datium annuè exoluenti, ex locis Tuæ Dil.mi subditis red-
ditus et frumentũ, quod ei Spazzale in Jurisdictione eisdem
T. Dil.mis situs locus profert, eximere liceat, Clementer adsimꝰ.
Quia uerò is probatissimorũ nobis virorũ testimonio plurimũ
cõmendatur: Nos sanè benignitate in illũ nr̃a non indignè
moti, petimus à Tua Dil.ne beneuolenter admodum, vt ei
hac in re solitum suum erga Nos gratificandi studiũ amantissi-
mum velit ita contestari, vt speratos ex hac nr̃a intercessione
fructus ille facilius referat, Id quod Tuæ Dil.mis erga nos
amoris synceri officij loco habitum, mutua beneuolentiæ erga
ipsam nr̃æ testificatione libenter compensabimus, Valeat eudẽ
T. Dil.tio. Datꝰ Augustæ XIX Februarij Anno ꝑ ou. D.LXVI.

Maximilianus &c.

738° Duci Sabaudiæ.

Paulo Madrutzer, Nobilis fidelis nobis dilecti Nicolai Ma-
drutij Marchionis Soriani et Baronis Auij et Brentonici filio
naturali uendita esse accepimus Castra duo, Sancti scilicet
Marcelli et Vscelli in valle Augustæ Prætoriæ sita, à Mag.co
Comite à Chialani, quo tempore pecuniæ hic conquirendæ, quæ

Se

se captiuum Dñi de Brisac redimeret, necessitate premeretur: con:
uenisse uero inter inter utrosq; contrahentes, ut emptioni eiusmodi
T. Dil.mis vti directi Dñi legitimus consensus accederet:
Interim prius quam hunc à T. Dil.ne impetrassent p̃fatũ
Comitem à Chialant vita decessisse, ac proinde ab eadem T. Dil.ne
p̃tendi memorata castra iure ad se esse deuoluta. Quæ res
cum grauissimo eiusdem Pauli rerum fortunarumq; dispendio
cessura sit, quod T. Dil.mem pro genuina animi sui bonitate
ab ipso auersum uelle omnino sperat, fisus p̃sertim tam legi:
tima venditionis contractæ causa; Nos sane, qui et ipsi
Paulum illum, cùm ob priuata, tum ob Madrutiorum com:
munia de Inclyta nr̃a Domu Austriaca merita p̃clara,
nostra benignitate iuuandum, quauis occasione libenter
suscipimus, intermittendum non duximus, quin eum T. Dil.mi
hoc nõie singulariter cõmendaremus, Petimus aũt amanter
admodum, vt T. Dil.tio non p̃fatæ solum venditioni be:
nigne assenciat, Paulumq; de Castris p̃dictis pro recepta
consuetudine inuestiat, sed et de cætero eum inter cha:
ros suos et fideles Clementer annumeret, eiusmodi ipsũ
experitura, qui non minus T. Dil.mi grata et vtilia ob:
sequia p̃stare et possit, et impensissime studeat, quã

ante hac

atehac Diuo Carolo V.to Rom. Imp. feliciss. me. et Ser.mo Hispani:
arum Regi, pateuo et patrueli nris amantissimis domi forisq; im:
pigerrime pstitit. Nos uero id singulari T. Dil.nis erga Nos
amoris et studij testificationi ascribemus mutua beneuolentia
et benignitate nunq; non libenter pensaturi. Valeat eadem T.
Dil.tio Dat. Augustæ Vindelicorũ XXII Februarij Anno
M.D.LXVI.

Maximilianus &c.

739° Oratori Romæ.

Interpositæ antehac nostræ pro Mag.co syncerè Nobis dile:
cto Ascanio de Cornia apud S.D. Pont. Max. Pium IIII.tum
fe: me. commendationis, eam fuisse accepimus habitam ratio:
nem, ut ille tandem benigno huius iussu custodia, qua de:
tinebatur, dimissus sit, quanq; eiusmodi pscriptis conditio:
nibus, quas illi eiusq; coniunctis exoluere pene impossibile
est: atq; solutam tamen esse nihilominus eiusdem compositio:
nis partem tantam, ut reliquum eius sibi benigne iri condona:
tum non inerito speret: Etsi igitur confidimus S.D. Pont.

Max.

Max. successorem, ad cuius modo Ascanius opem supplex confugit, ex innata sua pietate sponte quoq; concessurum, vt hic libertatis suae gratiam à pfato Pio IIII.to acceptam, sed ea, qua diximus, ratione aggrauatam ex illius S.tis bene: ficentia plenam et absolutam experiatur: quantopere tamen hoc, pro nra insigni benignitate, qua eundem Ascanium ob suam et totius adeo familiae suae erga Nos et Inclytam Domu Austriacam fidem et obsequendi studium continuum, prosequimur, nos quoq; gratum et acceptum simus a Sua S.te habituri, equidem ei per te sedulo contestatum Clementer volumus. Satages itaq; nro iussu et promouebis, quanta potes, cura, fide, et diligentia apud eandem suam S.tem, ut ab hac Ascanio illi sperata condonandi compositionis inita reliqui gratia quamprimu impetretur: Eo aut paterni erga Nos animi et beneuolentiae officio Sanctus sua nos quidem ad filiale nostrum obsequiu, mutuo grata ei officia pstandi studio, quauis occasione comprobandum plurimu est deuinctura. Ipsu uero Ascanium, eiusq; Vniuersam familiam ad eam, qua Suae S.ti istiq; Sanctae Sedi Apostolicae iampridem deuinctissimi sunt, deuotionem et obsequendi

desideriu

desiderium, omni officiorũ genere magis ac magis attestandum et augendum, alacriores proculdubio et propensiores multo reddiderit. Id quod de Nobis suæ S.ti tuto polliceberis. Acturus in his ex benigna nr̃a voluntate, qua te planè singulari complectimur. Datæ Augustæ. XXIJ Februarij Anno ꝑd. M.D.LXVI.

Maximilianus &c.

740° Duci Veneto

Supplices Nobis significarunt Mag.ci f. n. d. Georgius, Hieronimus et Ferdinandus Comites Nugarolæ, se à Valerio Malchianello Vicentino, qui ipsis pupillis, patris testamento, tutor et Curator constitutus fuerat, atq; adeo tutelæ nõie illorum bona Vniuersa et literaria oĩa documenta detinuerat, tutelæ eius et curæ administratæ rationes, ac p̃fata bona sibi adultis iam factis reddi non semel tantum postulasse, ipsum aũt Valerium, prius quàm quicq̃ ab eo recepissẽt obijsse, tribus post se relictis filijs, quos etsi itidem, uti legitimos hæredes, eadem de re persæpe amanter compellas-

sent

sent, ne in hunc tamen diem, rationes uel bona sua ab illis recuperari potuisse: Quando aut Nos præfatis Nugerolæ Comitibus benignissimè semper cupiamus, ac proinde quæ ad eorum res et fortunas prouehendas spectant, non inuiti suscipiamus, moti, illorum continua animi erga Nos deuotione et seruiendi studio indefessis obsequijs, et fidelissimis p̃clarè comprobato: Equidem à Vrã Dilp.ne istoq; Illu.ri Dominio amanter et beneuolenter petimus, vt p̃dictos Valerij filios, siquidem Vræ Jurisdictioni subditos esse intelligimus, authoritate sua ad memoratas tutelæ et curæ, qua pater ipsorum uiuens functus est rationes edendas, bonaq; ea consignanda et restituenda quæ iam dictis Comitibus, utpote legitimam ætatem iamdudum assecutis optimo Jure debentur benignè cohortetur et compellat. Quo sanè officio Vrã Dilp.nis isteq; amplissimus Senatus solitum suum nobis gratificandi studium et voluntatem, cui Nos mutua beneuolentia et amore condignè respondere semper enitemur, p̃clare comprobauerit, p̃ter quod spectatæ

suæ

suæ in æquitate et iustitia colenda, propensionis testimoniũ eximium ediderit. Valeat eadem Vrã Dilꝰ. Datæ Augustę Vindelicorũ 26 Februarij Anno ꝛc. M. D. LXVI.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg